ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde con-
sequentes pro eiusdem Terminos semperemptorios verum infirmi-
tate pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra
Regnum, Servitio militari, ad munimenta, ad exercitum, vel alijs quibus
vis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quie-
tationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis
Praemislien Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque moti-
ones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensio
nibus, Fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac
alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec
modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitio-
ne ac praemissa omnia et singula mediante.

# Idem Alteri Obligat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitalibus
Praemislien Nobilis Stas Hnicki Jarosowic sanus mente et Corpore exi-
stens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus-
vis proprijs et competen recedendo, praesenti vero Castrensi Capita
neali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum =
successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum
recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in fasori
pta, videlicet Zagrodę na Kropiwnistym inter metas ex una
Nobilium Hnickich Rybrat, ex altera vero parte Nobilium Jaroszo
Hnickich od Potoka Łośnica do Miedze Rybrat in lon-
gitudinem sese protendentem in bonis Villae Łośniec Terrae et
Districtu praesen Praemislien iacen et consisten, cum omni praemis-
sorum Iure Dominio proprietate, titulo obligatorio, cumque omnibus
et singulis sortis eiusdem utilitatibus, fructibus, proventibus, redi-
tibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et
pertinen

pertinen generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris, Dominij, pro-
prietatis, ac cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recogno-
scente suisq successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipien
verum ita late, longeq Circumferentialiterq prout eadem bona ipse
met Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq concernebant,
ac eidem seruiebant. Iam exnunc et defacto Nobili Tecloni Vlricki
Ryberg eiusq posteris in summa Quinquaginta florenorum polon
realiter per se Recognoscentem leuata et percepta de qua praesens
quietatur, hinc et ab actu praesenti ad festum conuersionis Sancti
Pauli Apostoli post Triennium integrum proxime venturum inci-
dens, et in defectu protunc eorundem bonorum sorti praefatae exem-
ptionis summaeq memoratae Quinquaginta florenorum polonica-
lium totalis et integrae realis persolutionis extunc de anno ad annum
festo ad festum, pro simili die et festo conuersionis sancti Pauli
Apostoli se se determinan, annis et festis se se continuo et immedi-
ate sequen, vsq ad exemptionem bonorum eorundem, summaeq
mratae totalis et integrae realem et effectiuam persolutionem
obligauit, inscripsit, et inuadiauit, prout obligat, inscribit, et
inuadiat praesen. In quae quidem bona suprascripta sorti memo-
ratae praemissaq omnia praesen per se Recognoscen obligata et
inuadiata, iam exnunc et defacto is idem Recognoscens Nobili-
tas Vlricki Jansroini praefato Nobili Tecloni Vlricki Ryberg obli-
gatario suo eiusq posteris, coram officio praesenti dat et admittit
realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem,
per Ministerialem quemcunq competentem, et Nobiles decos die
quacunq voluerit, officiose acceptan, Per ipsum Nobilem Teclo
nium Vlricki Ryberg obligatarium suum ipsiusq posteris, hoc
eadem bona praemissaq omnia praesen inuadiata cum vniuersis
eorum vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsq et pertinen qui-
omnibus tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice in
fruendi, ac ad vsus suos, suorumq successorum, quorum beneplaci-
tos

tes libere et effectualiter conuertendi, modo ac vice obligatorio. De-
bebit et tenebitur, memoratus Recognoscens, prout se ac suos Suc-
cessores, in et super bonis suis quaestis omnibus, summisque pecuniarijs
quibusuis habitis et habendis eidem suprascripto Nobili Fedorio Ulicki
Ryborat obligatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et
eius Successores in dictis bonis praemissisque omnibus praesentium per se Reco-
gnoscentem inuadiatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et
quauis impetitione iuridica, quarumcunque personarum, cuiuscunque
conditionis status et sexus, cuiusuis existentium exonerando in omni
Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri, defen-
dere, eximere, intercedere, et eliberare, indemnemque eum posteris
reddere, nec non haec eadem bona, praemissaque omnia praesentium per se
Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus
et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia
modo quouis, cuicunque personarum factis et faciendis, temerariis
quibusuis citationibus, super eadem bona suprascripta, modo quocunque
importatis et importandis, Lueris denique et perlucris, Processibusque Iuris qui-
busuis, in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quouis
Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus
praesentibus obligatis, perductis et perducendis emundare, et elibe-
rare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem
praefatam coram officio praesenti admissam, in fundo bonorum eorun-
dem praesentibus inuadiatorum, dum per Ministerialem competentem et Nobiles
duos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur
eandem libere dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eaque
Possessionem et vsumfructum praemissorum omnium praesentium inuadiatorum
quouis modo tam per se, quam per suas quasuis submissas et subor-
dinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque Obligatarium
suum et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis,
nullo modo iniuriari, ita vt haec eadem bona sortis praefatae praemissaque
omnia praesentium inuadiata, idem Obligatarius suus cum suis posteris
quiete

quiete et pacifice praedictis inscriptionis obligationis vigore tenere, habe-
re et possidere queat, illisque uti frui poterit, usque ad exemptionem bono-
rum eorundem, summaeque memoratae totalis cum integro realemque ef-
fectivam persolutionem, Idque sub Vadio simili summae Quinquaginta
Florenorum Polonicalium, per eundem Recognoscentem sive eius
successores, suprascripto Obligatario suo ipsiusque successoribus, ob
non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte
quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, aequo-
re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus exi-
stens memoratus Recognoscens Nobilis Stas Hnicki Jaroszowski sive eius
successores, ad Instantiam praefati Nobilis Fedorij Hnicki Rybczat
Obligatarij sui, vel eius successorum ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Premislien., exhinc vece sua suprascripto, quo ad respon-
dendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tan-
quam peremptorio stare, comparere, respondere, vadium praetactum
luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debe-
bit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit
et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium, et alios
omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos, semper per-
emptorios, Vera infirmitate propria maiori, minorennitate successor.
Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimen-
ta, ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra pro-
ximos officij praefati Castrensis Capitaneali Premislien. Terminos,
dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes
ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praesentis simpli-
cibus vel implicatis evasionibus, suspensionibus, Fatalijs Iuris
scriptione terrestri, bello, conventioneque, ac alijs omnibus, Iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo.
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa